Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



140

Et factum est ut discesserunt ab eis angeli
in celum. Pastores loquebantur ad inuicē.
Transeamus usq; bethleem. & uideamus
hoc uerbum quod factum est. quod dn̄s
ostendit nobis. Et uenerunt festinan
tes. & inuenerunt mariam & ioseph. &
infantem positum in presepio. Viden
tes autem. cognouerunt de uerbo quod
dictum erat illis de puero hoc. Et om̄es
qui audierunt mirati sunt. & de his
quę dicta erant a pastoribus ad ipsos.
Maria autem conseruabat omnia uerba
hęc. conferens in corde suo. Et reuersi
sunt pastores. glorificantes & laudantes
dn̄m. in omnibus quę audierant & uide
rant. sicut dictum est ad illos.